



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Biblia aurea cum suis histo||riis necnon exemplis || veteris  
atq[ue] noui || instrumenti**

**Antonius <de Rampegollis>**

**Arge[n]toraci, 1509**

**VD16 A 2968**

De Electione prelatoru[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30649**

## De elec. prela. XXXV

plo. **Mat. xxi. Lu. xx. et Jo an. vii.** Angelus apud carcere in quo erant apostoli vincit/ dixit eis: **Ite/ loquimini in templo verba vite huius. Act. v.**

**De electione prelatorum.**  
**Cap. xliiij.**

**Electione oratio debet precedere.**  
**Designatio solet incedere.**  
**Iustificatio debet precedere.**  
**Fortificatio debet accedere.**  
**Malignatio solet intedere.**

### e **Lectio**

debet precedere deuota oratio ad deum/ ut deus eligentium corda illuminet/ ad veraciter eligendum. Sic nos instruit **Moyſes**: qui moriturus ante electionem alterius prelati orauit/ dicens: **Prouideat dominus deus spiritum omnis carnis/ hominem quem sit super multitudinem hanc. Num. xxviij.** Post mortem **Josue** orauit populum dominum: et consuluit eum pro duce. **Jud. i.** Apostoli cum eligerent coepiscopum loco **Jude** perditoris/ statuerunt **Joseph** et **mathiam**: et orantes dixerunt: **Tu domine qui nosti corda hominum/ ostende nobis quem elegeris ex his duobus. Act. i.** Elegit deus aliquem prelatum per signa/ vel per reuelationes. Et iste sunt optime electiones. Sic dominus precepit **Moyſi**: **Ac**

cipe ab eis virgas singulas per cognationes suas etc. Quem ex his elegero/ germinabit virga eius. Quod cum fecisset/ inuenit virgam **Aaron** germinasse/ in signum diuine electionis. **Num. xvij.** De mandato domini speciali elegit **Samuel** **Dauid**: et unxit eum in regem. **i. Regum. xvi.** **Barnaba** et **Paulum** elegit dominus per reuelationem/ dicens: **Segregate mihi Paulum et Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Act. xiiij.** Eligendi debent esse boni et iusti: ut iuste et pacifice regant populum. Tales dixit **Jetro** **Moyſi** esse eligendos: dicens quod eligeret sapientes et timentes deum: in quibus esset veritas/ et qui oderint auaritiam: et precipue clericis et religiosis in exemplum. **Exo. xvij.** **Saul** qui fuit electus/ erat bonus: et non erat inter filios israel melior. **i. Regum. ix.** Post mortem **Saul** filii de tribu iuda elegerunt **Dauid** bonum in regem. **ii. Regum. ij.** Appropinquans morti **Dauid** dixit: **De filiis meis elegit dominus salomonem. i. Paralipomenon. xxviij.** Scripsit **Jehu** litteras: et misit in samariam ad optimates ciuitatis etc. Statim ut acceperitis litteras has: qui habetis filios domini vestri/ eligite meliorem etc. **iiij. Regum. x.**

## De exhorta. et predi.

Vocauit Iesus discipulos suos: et elegit ex eis duodecim meliores/quos vocauit apostolos. Lu. vi. Elegerunt apostoli Stephanum virum plenum spiritu sancto et fide. Actu. vi. Eligere debent electores platum non infirmum/sed forte: qui possit contra hostes spirituales vel temporales vel corporales eos defendere et onera plantationis magnam nimitur portare. Iohannes moyses videns Madianitas superare populum dei: ad vltimum elegit duodecim milia virorum de omni tribu fortissimos/qui bellare possent. Nu. xxxi. Videntes filii israel quod Bedeon viriliter pugnabat/ dixerunt: Dominare tu nobis. et elegerunt eum in duce et dominum. Judi. vii. Daiores nati de Balaad elegerunt Iephte/ vt imperaret eis/ et pugnaret pro eis. Iud. xi. Amici Jude dixerunt Jonathe: Ecce Judas defunctus est: et non est ei filius: te eligemus hodie in principem pro eo/ et ducem ad bellandum bellum nostrum. i. Nach ix. Eligunt aliqui mali et eliguntur diuino iudicio/ in damnationem eorum et malum. Sic abimelech qui procurauit eligi pro amicis: sed male successit vtriusque. Judi. ix. Parabola de rhano electo ab arboribus/ pertinet ad platos

malos. Iu. ix. Terribili dei iudicio factus est rex hieroboam super decem tribus: qui fuit occisus/ quod populus recederet a cultura dei. iij. Regum. xij.

De exhortatione et predicatione. Cap. xlv.

Exhortatio bona solet  
Contemnentibus non iniurare.  
Audientes honorare.  
Dolentes liberare.  
Exercentes recreare.  
Delinquentes coartare.  
Patientes confortare.  
Per parentes obsecrare.  
Negligentes incitare.  
Reuerentes animare.  
Non credentes reuocare.

## e xhortatio

et predicatio obstinatis non prodest. Exterior enim exhortatio sine interiori nihil prodest/ et parum est efficax. Nam Cain exhortatus exteriori voce dei/ a concepta nequitia non destitit: sed prius fratrem suum crudeliter occidit. Gen. iij. Sodomites cum admonerentur male responderunt et pessime egerunt. Gen. xix. Hortatus est Abner asabel: sed ipse obstinatus non acquieuit: idcirco occisus fuit. ij. Regum. ij. Cursores Ezechie exhortati sunt filios israel